Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Atqui uerba enunciatiua per modum causæ pro-
lata, plene etiam disponunt, L. emptor. §.
ancillam & ibi Bartholus & Del. per eum
textum ff. de rei Vindic: Bart. in L. si
socer. §. Lutius. ff. solut: matrim: & L.
qui nolebat. ff. de hæred: instit: Grauet,
de antiquit: tempor. part. i. Vers. ampliatur.
nunc. n. 44. 45 & 46. Decian: respons.
50. n. 16. Vol. i. Mascard. de probat. conclus.
621. n. 44. Vbi plures citat.

Accedit, quod uerba enunciatiua in literis
principis prolata, probare dicuntur, per glos:
in Clem: i. de probat. Vital. de Camban: in
tract: clausul: in clausula dedit, donauit
Titio propter eius merita tit: Quod uerba
enunciatiua pferuntur n. i. Item quod
geminata sunt uerba ista enunciatiua,
Imo in omnibus Inuestituris repetita, eoq;
plene probent, late Jas: in L. ex his uer-
bis. n. 7. Vers: primo limita C. de militar.
testo. Mascard. d. loco conclus: 621.
n. 37. Item quod propter alias simul con-
currentes coniecturas etiam probent:
Afflict: decis: 83. n. i. Mascard. d. con-
clus: 621. n. 25. Huc pertinent ea,
quæ paulo post de enunciatiuis uerbis
dicta sunt.

Præterea